gu- et mún- dum de peccá- to, et de ju- stí-

ti- a, et de ju-dí- ci- o, alle- lú-

ia, al-le- lú- ia.

### Postcommunio.

Adésto nobis, Dómine Deus noster : ut per haec, quae fidéliter súmpsimus, et purgémur a vítiis, et a perículis ómnibus eruámur. Per Dóminum.

2. *de S. Maria*, 706. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa*, 251.

### AD VESPERAS.

*Ant.* Allelúia. *Ps.* Dixit Dóminus. *cum reliquis de Dominica*, 218.

**Capitulum.** *Jac. 1. c.*

Carissimi : Omne datum óptimum, et omne donum perféctum desúrsum est, descéndens a Patre lúminum, † apud quem non est transmutátio, * nec vicissitúdinis obumbrátio.

*Hymnus.* Ad régias Agni dápes. 698, *vel* 700. ℣. Máne nobíscum. 702

Ad Magnif. Ant. 2. D (*ré-fa*)

Vá-do ad é- um * qui mí- sit me : sed

qui- a haec lo- cú-tus sum vó-bis, tri-stí- ti- a implé-vit

cor véstrum, alle- lú- ia. E u o u a e.

*Cant.* Magníficat. 2. D. 200. — *Oratio.* Deus, qui fidélium. 711.
*Commemoratio de Cruce*, 228.



# Dominica V. post Pascha.

## AD MISSAM.

(M.M. ♪ = 152.)

Intr. 3. (*mi-do*)

Vó- cem ju- cun-di- tá-tis * annunti- á-

te, et au- di- á- tur, al- le-

lú- ia : nun-ti- á- te us- que ad ex-

tré- mum tér- rae : li-be- rá- vit Dó-

mi- nus pó- pu-lum sú- um, al- le- lú- ia,

al- le- lú- ia. *Ps.* Ju-

bi- lá-te Dé- o ómnis tér- ra : * psál-mum dí-ci- te

nómi-ni é- jus, dá-te gló-ri- am láu-di é-jus. Gló-

ri- a Pátri. E u o u a e.

### Oratio.

Deus, a quo bona cuncta procédunt, largíre supplícibus tuis : * ut cogitémus te inspiránte quae recta sunt; * et te gubernánte, éadem faciámus. Per Dóminum nostrum.

2. *de S. Maria*, 703. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa*, 247.

### Lectio Epistolae beati Jacobi Apostoli. *Jac. 1. d.*

Carissimi : Estóte factóres verbi, et non auditóres tantum : falléntes vosmetípsos. Quia si quis auditor est verbi, et non factor : hic comparábitur viro consideránti vultum nativitátis suae in spéculo : considerávit enim se, et ábiit, et statim oblítus est qualis fúerit. Qui autem perspéxerit in legem perféctam libertátis, et permánserit in ea, non audítor obliviósus factus, sed factor óperis : hic beátus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiósum esse, non refraénans línguam suam, sed sedúcens cor suum, hujus vana est relígio. Relígio munda, et immaculáta apud Deum et Patrem, haec est : Visitáre pupíllos, et víduas in tribulatióne eórum, et immaculátum se custodíre ab hoc saéculo.

(M.M. ♪ = 160.)

4. (ré-la)




(M.M. ♪ = 160.)

7. (sol-ré)









### ✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Joann. 16. c.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Amen, amen dico vobis : si quid petiéritis Patrem in nómine meo, dabit vobis. Usque modo non petístis quidquam in nómine meo : Pétite, et accipiétis, ut gáudium vestrum sit plenum. Haec in provérbiis locútus sum vobis. Venit hora, cum jam non in provérbiis loquar vobis, sed palam de Patre annuntiábo vobis. In illo die in nómine meo petétis : et non dico vobis, quia ego rogábo Patrem de vobis : ipse enim Pater amat vos, quia vos me amástis, et credidístis, quia ego a Deo exívi. Exívi a Patre, et veni in mundum : íterum relínquo mundum, et vado ad Patrem. Dicunt ei discípuli ejus : Ecce nunc palam lóqueris, et provérbium nullum dicis. Nunc scimus quia scis ómnia, et non opus est tibi, ut quis te intérroget : in hoc crédimus quia a Deo exísti.

Credo.

(M.M. ♪ = 144.)

Offert. 2. (ré-fa)






### Secreta.

SUscipe, Dómine, fidélium preces cum oblatiónibus hostiárum : ut per haec piae devotiónis officia, ad caeléstem glóriam transeámus. Per Dóminum.

2. *de S. Maria*, 705. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa*, 250.

(M.M. ♪ = 160.)

Comm. 2. (*la-do*)









### Postcommunio.

TRibue nobis, Dómine, caeléstis mensae virtúte satiátis : et desideráre quae recta sunt, et desideráta percípere. Per Dóminum nostrum.

2. *de S. Maria*, 706. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa*, 251.

### AD VESPERAS.

*Ant.* Allelúia. *Ps.* Dixit Dóminus. *cum reliquis de Dominica*, 218.

### Capitulum. *Jac. 1. d.*

CArissimi : Estóte factóres verbi, et non auditóres tantum, falléntes vosmetipsos. † Quia si quis auditor est verbi, et non factor : hic comparábitur viro consideránti vultum nativitátis suae in spéculo : * considerávit enim se, et ábiit, et statim oblítus est qualis fúerit.

*Hymnus.* Ad régias Agni dápes. 698, *vel* 700. ℣. Máne nobíscum. 702.

Ad Magnif. Ant. 8. G* (*sol-do*)




*Cant.* Magníficat. 8. G*. 204. — *Oratio.* Deus, a quo. 715.
*Commemoratio de Cruce*, 228.